AUGUSTINUS. ISIDORUS HISPALENSIS
Göttweig (?), 12. Jh. Seite 64r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36527
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



manifestū apparebit et tenebo. ecce faustus ueniet et expo
net. O magni uiri achademici. nichil ad agenda uitā
certi cōprehendi potest. immo queramus diligentius et non
desperemus. Ecce iā n̄ s̄ absurda in libris ecclasticis que ab
surda uidebantur et possunt aliter atq; honeste intelligi.
Figam pedes in eo gradu in quo puer aparentibus positus
erā. donec inueniatur perspicua ueritas. Sed ubi queretur: quan
do queretur: non uacat ambrosio n̄ uacat legere. Ubi ip
sos codices querimus. Unde aut quando cōparamus. A quibus su
memus. Deputantur tempora. distribuantur hore pro salute ani
me. Magna spes oborta est. Non docet katholica fides quod
putabamus et uani accusabamus. Nefas habent docti eius cre
dere dm figura humani corporis terminatū. et dubita
mus pulsare quo aperiantur cetera. Ante meridianas horas
discipli occupant. ceteris quid facimus. Cur n̄ id agimus. Sed quan
do salutamus amicos maiores. quorum suffragiis opus habemus.
Quando preparamus quod emant scolastici. quando repara
mus nos ipsos relaxando animo ab intentione curarum.
Pereant omnia et dimittamus hec uana et inania. conferamus nos
ad sola inquisitionē ueritatis. Uita misera est. mors incer
ta est. subito obrepit. Quomodo hinc exibimus. et ubi nobis discen
da sunt. que hic negligimus. ac n̄ potius huius negligentie suppli
cia luenda sunt. quid si mors ipsa omnē curā cū sensu am
putabit et finiet. Ergo et hoc querendū. Sed absit ut ita sit.
Non uacat. n̄ est inane quod tam eminens culmen auctoritatis
xpiane fidei toto orbe diffunditur. Nunquā talia et tanta
pro nobis diuinitus agerentur. si morte corporis et iā uita ani
me consumeretur. Quid cunctamur ergo relicta spe scli conferre nos
totos ad querendū dm et uitā beatam. Sed expecta. locun